UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Fundis patrimonialibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

cium. Et hoc patet ex litera que dicit, quicquid vel potentiam vniuſcuiuſque.

LEX II.

1 ☞ Caſtrum non poteſt teneri intra territorium ad emulationem vel caſtrametationem alterius.

Quicunque. In limine Imperij null⁹ debet eſſe caſtelli detentor, niſi is ſolus, cui per Principem detentio eſt commiſſa, contrafacientes pena hic inſerta puniuntur. hoc dicit. Et not. hanc legem contra tenentes caſtra in finibus territorij Peruſij. Nam coguntur ea relaxare communi cum eorum territorijs, niſi permiſſu ciuitatis ſunt eis conceſſa, vel per tempora vetuſta poſſederint, quin tunc talis vetuſtas pro lege habetur, vt
a l. ij. ff. de aqua plu. arcen. in prin.[a] ¶ † In alijs autem locis quam
1 in finibus bene eſt licitum poſſidere caſtellum, vt l. ſi legatum. §. fina. ff. de oper. pu. niſi tale caſtellum teneatur ad emulationẽ vel ad caſtrametationem, vt l. per prouincias. de edifi. priua. hoc tenet glo. hic. ꝛ vide Inn. in c. Piſanis. de reſti. ſpol.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde Barto. ꝛ quod ibi ſcripſi in l. opus nouum. de decretis ab ordi. fac. in fi. vide gloſſ. in l. per prouincias. hic alleg. ꝛ in l. opus, de oper. publicis. vide gloſſ. in rub. de metallarijs, ꝛ Ang. in l. cum eo. de ſerui. ru. predio. Et qui poſſint petere vt deſtruatur caſtrum factum ad emulationem. Inno. in c. Piſanis. de reſt. ſpolia.

LEX III.

Agros. Agri limitanei donec per milites poſſidẽtur, ſunt a tributis immunes, ſi tamen alienati fuerint lege prohibente vendicantur, non ob-
1 ſtante longi tempo. preſcriptione. hoc dicit. † Not. hic caſum, in quo nulla currit preſcriptio. Alios caſus babes not. in gloſſ. in verſicu. ceſſante. quod eſt vtile ad inſtrumenta dotalia, in quibus nulla currit preſcriptio ex forma ſtatutorum. de qua vidiſtis in l. cum ſatis. de agri. ꝛ cenſi. ꝛ in l. ſi quis decu. de decu. ꝛ in auth. vt de cetero. commu. eccl. rerum. §. nunc autem. Not. tamen gloſ. que
a alle. omnes leges de hac materia loquentes.[a]

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Vide Angel. in aut. vt de cetero, commutatio. qui dicit quod hoc caſu currit preſcriptio centum anno. per illũ text. ꝛ adde Ange. in auth. vt eccle. Romana. vbi querit an pactũ fieri poſſit quod non currat aliqua preſcriptio. ꝛ idem, vt de cetero commu. vbi ponit an poſſit fieri per ſtatutum. Et vide quod ſcripſi poſt Bart. in l. ſequitur. in §. ſi viam. ff. de vſucap. ꝛ adde quod ſicut non currit preſcriptio contra inſtrumenta dotalia. ita non currit contra inſtrumenta finis dotis. Ange. in l. exigere dotem. ff. de iudi. ꝛ ita dicit pluries obtinuiſſe.

De paſcuis publicis, vel priuatis. Rub. LX.

LEX I.

Cum nulla. Hec lex dicit quod ſi aliquis cõduxerit paſcua publica, vel etiam Principis pro certa annua penſione oppoſito pacto quod ibidem poſſint depaſci publica animalia, ſeu Principis, quod ſi poſtea talis conductor vult ſoluere maiorem penſionem, ad hoc vt dicta animalia ibi depaſci nõ poſſint, quod non
1 poteſt, nec hoc debet iſti permitti. hoc dicit. † Et not. argu. ex fin. huius. l. quia ſi officiales deputantur ad vendendum gabellas cõmunes, quod omne pactum initum per iſtos officiales cum emptoribus gabellarum contra ſolitum modum vendendi eſt nullum, quia intelligitur eis conceſſa poteſtas vt vendant more ſo-
a lito, ꝛ non aliter.[a]

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Tempus ſolitum vel non ſolitum hic poſitum. aliter intelligitur. Vide Barto. in l. Mela. §. j. de ali. ꝛ cib. le. ꝛ in l. fi. quomodo, ꝛ quando iu. vbi dixit quod refertur ad actum proxime precedentem. Vide quod in ſimili dixit gl. in l. iij. ſupra de epiſcop. aud. que loquitur in verbo, conſueto. quod verbum refertur ad duas vices. Alber. ꝛ Bald. Secus vero in verbo, ſolito, quod verificatur in prima vice, vt dixi per dictum Barto. in d. l. j. quod ſequitur. Fulgo. in auth. ſed nouo iure. ſupra de ſeruis fugit. vbi dicit pro hac eſſe caſum in l. Mela. in verſi. ſed alimẽta, licet in contrarium videatur facere tex. in l. filium. de leg. ij. Sed dic quod illud prouenit ibi ex voluntate teſtatoris, ꝛ illud quod dicitur conſuetus, probat per binum actum induci, eſt verum in conſuetudine hominis, non mulieris, quia mulieres non poſſunt facere, nec inducere conſuetudinem. dictum Bartol. vbi text. ſupra de legi.

LEX II.

In ſignijs. Hic mandat Imperator magiſtro militum vt animalia militum non dimittat paſcere in publicis pratis, quod ſi non curauerit obſeruare vna cum eius officialibus, in xij. libris auri punietur. que pena ponitur etiam deuaſtãtibus prata priuatorum. dicit tamen quod prouinciales debent prouidere, in quo loco animalia militum ſine damno prouincialium depaſcantur. hoc dicit. Et no. l. contra deuaſtantes prata publica. ꝛ eſt hec lex vtilis pro militib. Imperatoris deſcẽdentibus ad partes Tuſcie, vt poſſint petere a Tuſcis, vt aſſignentur eis prata,
a in quib. poſſint eorum equos paſcere.[a] Not. iſtum text. milites deuaſtantes prata. Adde do. Mar. de Lau. in tract. de princ. in tit. de mili. in xiiij. concluſione. ſed qui ſi Capitaneus reſeruat dãnum datum a militib. ſuis damnum paſſo, an poterit ei computare in ſuo ſalario? Dic quod non, iuxta not. per gloſ. in l. ex maleficijs. §. is quoque. de acti. ꝛ obli. ꝛ in l. j. §. plures. de eo per quem fecerit. ꝛ not. d. Mar. de Lau. in conclu. xiij. Sed quid ſi non ſunt prata, ſed frumenta in herbis deuaſtata, poſſit hac pena agi ac ſi deuaſtata prata eſſent.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Ego ex dictis Barto. in l. certe. ff. arbi. fur. ceſa. colligo quod non. Nam dicit quod damnum debet eſtimari quãtum poſſit vendi, dubius euentus illius frumẽti quod paſculatum eſt argumen. l. propter ſpem. ff. fa. erciſ. ita dicit do. Iac. de Aret.

LEX III.

1 ☞ Milites non poſſunt cum eorum equis ſtare in paſcuis publicis, vel priuatis.

Prata. Prouincialium prata non debent fatigari moleſtia militum Principis. hoc dicit.
1 Sic facit hec lex contra † ſtipendiarios communis Peruſij, quod non poſſint ſtare cum eorum equis in paſcuis publicis, vel priuatis.

De fundis patrimonialibus, & ſaltuenſibus, & emphyteuticis, & eorum conductoribus. Rub. LXI.

LEX I.

1 ☞ Emphyteuta eccleſie vel priuati, poſſunt domino irrequiſito rem emphyteuticam donare, non tamen vendere.
2 Conducens rem a fiſco in perpetuum, tenet locum domini, ꝛ vendere poteſt.

Si quis. Accipiẽs fundum fiſcalem in emphyteuſim perpetuam, ipſum donare põt, etiam irrequiſito fiſco. h. d. Sicut aũt donare ita vendere poſſunt, q: tales emphyteute te-
1 nent locum dominorum, † ſed ſecus in emphyteuticis eccleſiarum vel priuatorũ, q: licet poſſint donare fundos domino irrequiſito, non tamen vendere, vt l. fi. §. de
2 iur. emp. Et ita tenet hic gl. pen. ¶ † Vltimo ſcias qđ ille qui conduxit a fiſco in perpetuum, tenet locum domini, ꝛ ideo poteſt ven-
a dere, vt no. gl. in rub. §. eo.[a]

ADDITIO.

☞ Pro concordia. Aduerte qđ Barto. in l. fi. C. de iur. emphy. ꝛ in l. ſi domus. §. fi. ff. de leg. j. tenet quod donari vel legari non poteſt res emphyteutica ſine conſenſu domini, ſed contrarius allegat in hac l. j. de fund. pat. ꝛ in l. conuentionibus. ff. de verb. ſig. Tu dic ſi bene conſideretur Bart. vbiq; ſoluit qđ prima opi. procedit in emphyteuſi priuata. Rationẽ reddit, q: tunc nimis grauaretur dominus, q: eſſet opus quod dominus ageret rei vendicatione cõtra poſſeſſorẽ, cum nullam obligationem perſonalem haberet, cum nullus ſit initus contractus inter dñm, ꝛ poſſeſſorẽ. Sed in caſu huius l. j. eſt ſpeciale, ꝛ Bar. vbiq; ſi videatur dat iſtam ſol. q: tunc in iſto caſu ceſſat ratio predicta in hoc caſu ſingulari, ꝛ inepte allegatur in d. l. in conuentionalibus.
a ¶ Limita vt in l. fi. §. de iur. emphy. ꝛ ibi Bar. ꝛ in l. ſi domus. §. fi. de lega. j. ꝛ adde c. potuit. de loca. Quid in conceſſione vſuſfructus, an poſſit alij concedi ſine conſenſu domini? Bal. in d. l. fin. §. de iur. emp. alleg. tex. quod ſic, in l. j. §. itẽ in fundo, quibus modis vſuſfruc. amit. facit, q: etiam ibi non loquitur an poſſit facere ſine conſenſu domini emphyteuta, puto cõtrariũ verius per regulam l. fi. §. de rebus eccl. non alie. vbi prohibita alienatione prohibentur ꝛ vſuſfructus conſtitui.

LEX II.

1 ☞ Minori non ſoluenti vectigalia principis, pro eius fundo patrimoniali non currit preſcriptio.

Patrimonialis. Si pro re patrimo-
niali emphytentica-
ria, tempore debito ſoluta penſio non probatur mi-
nori, ipſo iure non infertur damnum vel pena ſed tu-
1 tori, ⁊ curatori in ſolutione ceſſantibus. h. d. † Nec eſt contra. ff.
de mino. l. ſi ex cauſa. §. ſi in commiſſum. ⁊ ff. de pub. l. Imperato-
res. §. fin. ibi minori currit tempus, ſed poteſt reſtitui, quia ille le-
ges loquuntur quando minor debet ſoluere vectigal fiſco. hic qñ
principi, ex eo quod prediũ erat Principis, licet alias omne pri-
uilegium quod datur fiſco eſt Principis, ⁊ Auguſte ſolent ha-
bere, vt no. ſupra de iure. fiſ. in rub. ¶ Item non ob. C. de fide in-
ſtru. ⁊ iure haſt. fiſ. l. quicunq;, vbi res incidit in commiſſum, ⁊ nõ
reſtituitur, quia ibi ſimiliter erat fiſci ⁊ venditio rei minoris erat
facta hic, cum debitum erat principis, ⁊ res minoris non erat di-
2 ſtricta, vt hic tenet gl. ¶ † Per hoc patet, quod cum omnia ve-
ctigalia communis Floren. ex commiſſione Principis ſint licita,
quod ſi minor ceſſauerit ſoluere vectigal, quod dicitur Princi-
pis, multo magis non incidit in penam, ſicuti non incidit in pe-
nam non ſoluendo vectigal quod debetur ipſi ciuitati, ⁊ hoc eſt
verum, niſi ciuitas ſuper hoc legem propriam haberet, quia tũc
minori curreret preſcriptio ſtatutaria licet poſſet reſtitui, vt pa-
a tet in c. conſtitutus. de in integ. reſti.[a]

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde Bar. in l. Imperatores. ff. de publi. Et in ea.
in fin. ſicut per reſcriptum non poteſt auferri directũ dominium,
ita nec vtile. Pro hoc eſt text. ibi. ⁊ Bald. in c. j. de nau. fe. ⁊ in c. j.
de noua for. fidel. Sed dubiũ in hoc facit, quia licet princeps non
poſſit tollere dominium de iure gentium. tamen quod eſt introdu
ctum de iure ciuili. poteſt etiam ſine cauſa, vt no. Bald. in l. reſcri-
pta. C. de precib. impe. offe. per Pau. de Caſt. ibi, ⁊ alleg. ibi. in rub.
ff. ſi cert. pet. in fin. ſed dominium vtile videtur homini, ſcilicet de
iure ciuili, quia iſte due ſine dubio ſunt inducte de iure ciuili, ſci-
licet emphyteuſis, ⁊ vſuſfructus, vt in l. ij. in princ. C. de iur. emph.
Sed reſpondeo quod licet forma, ⁊ nomina; ſint inducta de iure
ciuili, tamen traditio que fit que eſt actus iuris gentium conſer-
uat ſibi effectus directi dominij, ⁊ ita declarauit Bart. ad alium
fi. in extrauag. quoniam nuper. in verſic. rebellandi. in verſic. item
quero quid de dominio bonorum.

LEX III.

3 ☞ Dominium vtile mihi ſine cauſa auferri non poteſt, ſicũt nec
directum.

Quicunque. Emphyteuta ob ſterilitatẽ po-
teſt remiſſionẽ mercedis impe-
trare, ⁊ reſcriptum in contrarium impetratũ per ob-
reptionem, non valet. ¶ Item fundus fiſcalis conceſ-
ſus in emphyteuſim perpetuã ab emphyteuta non poteſt euelli,
1 licet alius offerat meliorem conditionem. h. d. † Et not. hic caſum
a quod propter ſterilitatem non petit remiſſionem,[a] licet ſecus ſit
in colono. Sed an hoc ſit verum ſimpliciter, dic vt not. in auth.
de non alie. §. hoc igitur increpans, ⁊ per Petr. de Bella perti.
2 eodem titu. §. quia vero Leonis. In text. ibi, ſed nec, ⁊c. ¶ † Not.
quod ab emphyteuta perpetuo non poteſt res euelli, licet alius
3 offerat meliorem conditionem. ¶ † Item quia per hanc l. patet,
ſicut dominium directum nõ poteſt auferri mihi per reſcriptum
abſque cauſa, vt not. ſupra de fid. inſtr. ⁊ iure ha. fiſ. l. quecunque.
b nec etiam vtile, vt hic.[b]

ADDITIONES.

a ¶ Remiſſionem. Ad quam materiam vide Petr. de Anch. in c.
potuit. de loca. vbi etiam Ioan. de Imo. ⁊ Cap. ⁊ Sali. omnino in
l. j. de iure emphy. ⁊ Ang. in auth. de non ali. §. lex itaq;. ⁊ Rich.
Malumb. in d. l. j. ⁊ do. Alex. de Imo. in conſi. vj. ij. part. ⁊ in cõſi.
xxvij. iiij. parte. ⁊ Pau. Ardizo. in conſi. incip. vtrum emphyteu-
ta, ⁊c. Adde Iac. Reb. in l. omniũ. nu. j. ⁊ quod ibi poſui in apoſt.
ad ipſum in verſi. ſterilia. C. de omni agr. deſerto. ⁊ Cano. in capit.
propter ſterilitatem. ⁊ ibi Barb. extra de loca. ⁊ eundem Barb.
conſilio ſuo incip. ſcripſit propheta.

b ALEX. ¶ Not. ad hoc Bald. in l. j. ſupra de iure emp. ⁊ vide
Ange. in auth. de alie. ⁊ emphy. ibi qui primo iurauit non alie-
nare, qui ſentit contrarium eius quod hic dicit bar. loquitur ta-
men indiſtincte in ſterilitate, que ſecuta eſt propter guerram vel
mortalitatem.

LEX IIII.

a ¶ ☞ Eccleſia poteſt concedere fundum in emphyteuſim cum
pacto quod non incidat in commiſſum, licet emphyteuta tenea-
tur ad canonem.

Fundi. Si fundi patrimoniales Principis in em-
phyteuſim conceduntur appoſito pacto,
vt ratione canonis non ſoluti non incidant in cõmiſſum,
ob hoc non releuatur emphyteuta a ſolita canonis preſtatiõis.
1 hoc dicit. † Et not. text. ex quo patet quod cum eccleſia, ⁊ fiſcus
a paribus paſſibus ambulent, vt l. fin. de ſacroſan. eccleſi. † quod ſi-
cut fiſcus poteſt concedere fundum in emphyteuſim pacto ap-
poſito, vt non incidat in commiſſum, ita etiam eccleſia. ¶ Secun-
do habes quod per iſtud pactum non tollitur, quin emphyteuta
a teneatur ad canonem.[a]

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde Bald. in l. ij. ſupra de iur. emphy. ⁊ ibi etiam
per Barto. Alexand. Eccleſia poteſt dare in emphyteuſim cum
pacto quod non incurrat in commiſſum, quod not. pro cõſulendo
illis qui accipiunt ab eccleſia Neuãdulana. Sed poſſet queri an
tale pactum valeat, Et videtur tenere Bald. in l. ij. ſupra de iure
emphy. vbi ſimpliciter loquitur non faciẽdo mentionem de fiſco
vel eccleſia ⁊ videtur tenere quod valeat. Ad hoc bene faciunt
not. per Bald. inſti. de vſufr. in prin. in verſic. ne tamen. quod non
valeret reſcriptum ſuperioris ſic concedentis, vt not. Bald. in l. ſi
a te. de pac. inter emp. ⁊ vend.

LEX V.

Si qui. Suſcipiẽs a perequatore fundum deſertum,
ipſum perpetuo poſſidebit. hoc dicit.

LEX VI.

Hi quibus. Donatarius principis rem ſibi
donatam poſſidet inconcuſſam, ⁊
eam in alium poteſt transferre. hoc dicit.

LEX VII.

1 ☞ Satiſdare qui tenetur ex forma ſtatuti antequam acceptet
officium, ſi eſt idoneus, ſtatur eius cautioni cum generali hy-
potheca.

Qvicunque. Accipiens in emphyteuſim a fi-
ſco debet cauere de non deſeren-
do ſub hypotheca omnium bonorum ſuorum, vel ſatiſ-
dare tenetur. quã ſatiſdationem ſi magiſtratus omiſerit, ad ſuum
1 redundat periculum. h. d. † Et eſt arg. quod vbi ex forma ſtatuti
aliquis tenetur ſatiſdare antequã acceptet officium alicuius po-
teſtarie, quod ſi eſt idoneus, credetur ſoli cautioni cum generali
a hypotheca bonorum ſuorum.[a]

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde quod not. Bal. in l. abſtinendum. ſupra quo
appel. non reci. ⁊ quod no. in l. pretorie. ff. de preto. ſtip. ⁊ in l. j. qui
ſatiſda. cogan. Iſtud dictum ſequitur Pau. de Caſt. in l. diuortio.
§. ſed interdum. ſo. mat. vbi etiam pro hoc alleg. quod legitur et
not. in l. de creationibus. ſupra de epiſco. aud. contra hoc tamen
faciunt not. per Ang. in l. j. ff. de lib. ⁊ poſt. ⁊ Adde Pau. de Caſt.
in l. j. qui ſat. cog. ⁊ quod idem not. in d. l. pretorie. circa princip. de
preto. ſtip. Et etiam ſimiliter facit in contrarium text. cum gloſſ.
in l. mulier. C. de iur. dot. niſi dicas quod ibi debet intelligi quod
tutor erat diues, non tamen intantum quod ſine fideiuſſore di-
uitie ſue eſſent in dãno ſibi inſpectis facultatibus populi. Alex.
Si ſtatutum dicit quod ſatiſdetur in perſona idonea. ſufficit nu-
da promiſſio bonorum. Adde Bal. in l. ij. in fi. de exe. rei iu. Item
Pau. de Caſt. in l. j. ff. qui ſat. co. vbi dixit per iſtum tex. quod nul-
la ſatiſdatio, etiam pretoria, vt damni infecti, quorum legatorum,
⁊c. eſt preſtanda ab eo qui eſt manifeſte diues, ſed ſufficit ſola
promiſſio ſub hypotheca bonorum ſuorum. Ad idem alleg. l. de
creationibus. C. de epiſc. aud. Ad idem dixit Paul. de Caſtr. in l.
diuortio. §. interdum. ff. ſol. ma. vbi idem dicit. Si ex forma ſtatuti
tenetur quis ſatiſdare. vel preſtare fideiuſſorem. Adde bo. text. et
ibi gloſſ. in l. ſi mulier. ff. de iure dot. ⁊ text. in auth. cui relictum. C.
de indi. vi. tol. ⁊ in l. j. propter ampliſſimas facultates. de cuſt. reo.
⁊ in l. j. §. magiſtra. ff. de magiſtra. conue. ⁊ ibi Bal. Et in materia
adde quod per hoc non procederet dictum Bald. in l. generali-
ter. C. de epiſc. ⁊ cler. vbi dicit quod iudex tenetur in ſindicatu ſi
non recipit idoneos fideiuſſores. Nam fallit niſi eſſet idonee di-
ues, ⁊ idoneus, per predicta, quia tunc non tenetur in ſyndicatu
etiam ſi minus idoneum recepiſſet. quod no.

LEX VIII.

1 ☞ Exceptio introducta per ſtatutum quod quis non debeat
audiri, impedit litis ingreſſum.

Omnes. Fundi limitrophi militibus aſſignati, ẽt
per reſcriptum principis, vel annotatio-
nem in emphyteuſim, vel iure dominij, in alium transferri
1 non poſſunt, ⁊ tranſlati reuocantur. h. d. † In text. ibi, penitus
audiatur. Not. ex hoc, quod exceptio introducta p ſtatuta, quod
quis non debeat audiri, impedit litis ingreſſum, vt hic, ⁊ ſupra,
de legib. l. leges ſacratiſſime.

LEX

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LEX IX.

VNiuerſi. Ad euidentiam ſcias quod ſi alicui fundus patrimonialis tanquã fer-
tilis a Principe aſſignatur, quod perequator poteſt
ei fundum ſterilem aſſignare. Modo Imperator fa-
cit hic differentiam an quis accipiat fundum patrimonialem a
Principe vel a priuato. Nam ſi accipit a principe directo poteſt
perequator ſibi ſterilem aſſignare, ſed ſi a priuato, ſecus, tamen
talis accipiens debet ſoluere fiſco canonem annuum.

LEX X.

FUndos. In hac lege dicitur quod ſi fundi pa-
trimoniales fertiles aliquibus ſint cõ-
ceſſi, ⁊ ſteriles non, perequator debet ſterilia fertilibus
cõgregare, vt ſic omnium penſio preſtetur, ⁊ diuiſio fiat ſterilium
equa lance, ⁊ fertilibus congregentur.

LEX XI.

IUs emphyteutici. Hec lex diuidi-
tur i duas par-
tes, vt patet in litera, Et prima legitur tribus modis.
Primo modo in gl.j.huius l.alijs duobus modis, in
gl.vlti.ſecundum primam lectu.iſtud principium breuiter, h.d.
Penſio emphyteutici predij fiſco debetur per emptorem, non
obſtante pacto quod venditor ſoluere debeat, niſi Principis iu-
dicio fuerit firmatum, h.d. Verba autẽ litere expone, vt j.dicam, ⁊
1 hec lect.placet, ⁊ eſt vera, ⁊ not. Ex qua habes quod † poſſidens
fundum patrimonialem, vel fiſcalem ſi ipſum vendit appoſito pa-
cto quod ipſe teneatur canonem ſoluere, ⁊ non emptor, tale pa-
ctum nullam obligationẽ inducit, quoniam ius percipiende pen-
ſionis eſt immutabile niſi fuerit firmatum Principis iudicio, et
ſecundum dictam lect.expone verba hoc modo. Ius, id eſt, pẽſio,
ſine obligationis vinculo, ideo dicit ſine, quia non inducitur obli-
gatio quod venditor teneatur ad ſolutionem penſionis, ⁊ nõ em-
ptor. Retẽtum eſt, id eſt retẽta, immutabile, id eſt immutabilem,
ſubaudi, niſi talis pactio Principis iudicio fuiſſet firmata, vt in
litera patet. Alie vero lecture que ponuntur in gl. vlti. recipiunt
potius vltimum dictum quam principium huius legis. Poſſeſ-
ſionem, hec eſt ſecũda pars huius legis, ⁊ legitur tribus modis.
Primo modo qui emit predium patrimoniale emphyteuticum,
non iuuatur ex vetuſtate temporis, quo vẽditor ſoluit canonem,
quo minus ipſe ſoluere teneatur. Secundo modo legitur quod il-
le, qui poſſidet predium emphyteuticum nõ emit, nec in eo habet
aliquem titulum, ſed ipſum predium vitioſe queſiuit, ⁊ ideo nõ iu-
uatur vetuſtate temporis, quin ipſe canonem ſoluere teneatur, li-
cet non ſoluerit, ⁊ ſecundum iſtam lect. verbum vitioſe, eſt adiecti-
uum nominis poſſeſſionis, q.d. vitioſa poſſeſſio, que ſine obliga-
tione ⁊ titulo fuit, non iuuatur temporis vetuſtate. Secundum
vero ſecundam lect. eſt adiectiuum nominis vetuſtatis, q.d. poſ-
ſeſſio acquiſita ſine obligatione, id eſt pacto, de qua fit mentio in
prin.legis, quod emptor non teneatur ſoluere penſionem, que pa-
ctio non parit obligationem, vt dictum eſt, nõ iuuatur vitioſa ve-
tuſtate temporis, quo minus emptor teneatur ſoluere canonem,
licet per vetuſta tempora non ſoluerit. Tertio modo legitur hic
verſi.ſecundum Azo. quod non loquitur de preſcriptione liber-
tatis contra preſtationem canonis, ſed quod loquatur de iure ip-
ſius iuris emphyteutici, vt ipſius ius non preſcribatur lõgo tem-
pore, ſcilicet, xxx.anno. quando non ſoluit canonem, certe poſſum
agere contra eum in rem, non obſtan. exceptione preſcriptionis.
Sed lectu. iſta reprobatur per Accur. quia non eſt verum quod
hec lex loquatur in fundo priuati emphyteutico, ſed in fundo pa-
trimoniali loquitur. Et iſtud apparet, quia in rub. dicitur de fun-
dis patrimonialibus, ⁊ ſic hec lex videtur loqui de eis, ff. de in
diem addict.l. Imperator, ⁊ quelibet iſtarum poteſt eſſe vera pro-
pter plenitudinem litere, ⁊ ſecundum omnes lectu. hec lec. breui-
ter hoc dicit. Emens fundum emphyteuticum patrimonialem,
non immutat ſuo pacto ius preſtande penſionis, quin eam ſol-
uere teneatur, niſi fuerit principis iudicio confirmatum, etiam ſi
per vetuſta tempora non ſoluerit emptor. Item habens ius pre-
dij emphyteutici non perdit vetuſto tempore. Hoc dicit ſecũdũ
vnam lect. poſitam in gloſ.ſi.ibi, nam in rub. ⁊c. ¶ † No. quod lex
2 debet intelligi ſecundum materiam tituli vbi eſt poſita, ⁊ eſt ca-
ſus in l. Imperator. de in diem addict. Quod autem hec litera di-
cit, ius preſtandi penſionem non preſcribi longo tempore intelli-
ge niſi eſſ[illegible] xl.ann. vt j.l.ſi.de fun.rei priua.l.ſi.

ADDITIO.

3 ANG. ¶ No.†.ex hac l.quod vitioſa obligatio vetuſtate tem-
poris non armatur. ALEX. ¶ Et ſic facit quod tollens lon-
gam preſcrip. non dicitur ſuſtulliſſe preſcriptionem xl.anno. ſecun-
dum Bar. in l.cum ſcimus. ẽ. de agri. ⁊ cenſi. ⁊ idem tenet Bald. in
c.j.§.preterea. de cap. Corrad. ſed in l.j.ẽ. ne rei domini, vel tẽpl. ⁊
in l.non ſolum. de vſuc. tenet contrarium. quam opi. ſequitur Ro-
ma. in rub. de arbi. per l.hoc iure. §. ductus aque, ff. de aqua. quoti.
⁊ eſti. ſed pro opi. Bar. facit quod dixit Angel. in l.ij.§. interdi-
ctum hoc perpetuum. de itine. actuque priua. per gl. ibi poſitam,
videlicet ſi ſtatuto cauetur quod contra inſtrumentum guaren-
tigionatum nulla poſſit opponi exceptio preſcriptionis, quod ni-
hilominus equitate ſuadente poterit opponi preſcriptionis ex-
ceptio centum anno. Et vide que dixi in l.ſi quis decurio. ſupra
de decur.

LEX XII.

1 ☞ Emphyteuta quod habeat vtile dominium.
2 Emphyteuta non tenetur emere a domino iure dominij per al-
lodium.

POſſeſſores. Emphyteute fundos patri-
moniales per allodium eme-
re non coguntur dominium vero vtile habent, ſi a
principe vel alio quocunque titulo acquiſierint. h.d.
1 † No. hic caſum expreſſum, quod emphyteuta habet vtile domi-
a nium,[a] vt in fi. patet. In alijs vero legibus non dicitur quod em-
2 phyteute ſint domini, ſed habent in rem actionem. ¶ † Vltimo
videtur hic caſus quod emphyteuta non cogitur emere a domi-
no iure dominij per allodium, vt hic in fin. concor. ẽ. de iure deli-
beran. l.nec emere. cum ſimilib.

ADDITIO.

a ¶ Habet vtile dominium. Adde gl. ordina. in l.cum manu ſata.
§.nemo. ff. de contrahen. emptio. ⁊ vendi. ⁊ Bald. ẽ. in rub. de iu.
emphy. ⁊ in rub. ẽ. de contrahen. emph. ⁊ vendi. q.xj.

LEX XIII.

NUlli. Predia patrimonialia, hic nominata nõ poſ-
ſunt alienari in alium, pena contra facienti-
bus imminente. h.d. Et eſt localis hec lex, vt dicit gl. Re-
gulariter autem predia patrimonialia emphyteuticaria poſſunt
alienari, vt ẽ. l. ius emphyteutici.

LEX XIIII.

1 ☞ Canonis preſtatio preſcribitur ſpatio xl. anno.
4 ☞ Predium dominicum vel templorum etiam cum beneficio
principis non alienatur cum pacto, ne canon ſoluatur.

a **IUbemus.** [a] Qui per xl. anno. fundum patri-
monialem, vel templorum vel alte-
rius iuris cum titulo vel ſine poſſederit, nullam pro ipſo
moleſtiam, controuerſiam, vel queſtionem pati poteſt, ſi ſoluat ca-
nonem debitum. Si vero a principio probet titulum poſſeſſor,
adempto canone a principe predium fuiſſe ſibi conceſſum a ca-
1 nonis preſtatione ſecurus eſt. h.d. † Et ſic non ob. ẽ. eo. l. ius em-
phyteutici, qui dicit preſtationem canonis non preſcribi vetuſto
2 tempore, quia nõ xxx. annis, vt ibi, ſed xl. ſicut hic. † In tex. ibi, vel
locorum no. contra Rempub. ⁊ contra templa preſcribi ſpatio xl.
ann. hoc eſt verum, ſecũdum hec iura, in quolibet templo, ſed ho-
die fallit in eccleſia Romana, vt auth. quas actiones. ẽ. de ſacr.
ſanc. eccle. ⁊ in corpore vnde ſumitur. Item hoc verum in rebus
emphyteuticis templorum, alias contra, vt ẽ. ne rei dom. vel tẽpl.
3 † In tex. rei corporalis. No. quod dicit corporalis, ⁊ j. ſubnectit
poſſeſſionis, ⁊ ſic apparet, quod hic loquitur de corporali poſſeſ-
ſione, ⁊ appellat hic corporalem poſſeſſionem naturalem annexã
cum ciuili, quod apparet, quia ex eo reſultat preſcriptio, vt hic,
cum ex ſola naturali non poſſit reſultare, vt in l. acquiritur. in fin.
ff. de acqui. rer. dom. Unde non videtur vera doctrina dicentium
quod poſſeſſio corporalis eſt illa, que parit effectum, id eſt domi-
b nium, id eſt fructuum acquiſitionem. [b] Nam hic erat corporalis
poſſeſſio, ⁊ tamen effectum parit dominij, ⁊ ideo dicas prout gloſ.
dicunt quod non reperitur poſſeſſio corporalis ſeparata a natu-
4 rali, ſed quod duplex eſt poſſeſſio, ſcilicet ciuilis, ⁊ naturalis. † In
tex. ibi, hoc etiam, ⁊c. per hunc verſi. patet quod predium domini-
cum vel templorum, etiam cum Principis beneficio, non aliena-
tur cum pacto ne canõ ſoluatur. Expreſſius probatur j. de fund.
rei priua. l.ſi. niſi tale beneficium ſpatio xl. anno. ſit confirmatum,
5 vt hic. † Et aduerte bene, quia ſi non ſoluatur canon, non preſcri-
bitur ſpatio xl. anno. niſi duobus concurrentibus. Primo, quod
poſſidens acquiſiuerit rem cum titu. Secundo, quod tempore ac-
quiſitionis Imperator conceſſerit quod canon non ſoluatur.
Nam ſi poſt acquiſitionem predij tale beneficium concederetur,
tunc preſcriptio xl. ann. non procederet, vt no. hic in gl.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Hanc legem alleg. glo. in l. emptorem. ẽ. de loca. quia
licet dicatur quod emptor cogatur ſtare colono, hoc verum, niſi

conduxiſſet a domino ad modicum tempus. Cui adde tex. in l. j. §. cui autem, ⁊ ibi Bart. de ſuperficie. ⁊ vide aliũ caſum in quo tenetur ſtare colono. in l. in venditione, §. j. de bo. auth. iudi. poſ. ⁊ ibi alium caſum poſui poſt Bar. Item in ſeq. verſi. in text. ibi, vel locorum. habetur in auth. quas actiones. de ſac. ſanc. eccle.

b ¶ Acquiſitionem. Adde Pau. de Ca. in l. Julianus. §. ex vendito. ff. de act. empt. ⁊ Cyn. in l. certum. C. de rei vendi. ⁊ do. Alex. de Imo. in l. iij. §. ex contrario. vbi etiam vide Bar. verſi. quero que poſſeſ. ff. de acqui. poſ. ⁊ do. Alex. conſi. xxxiiij. iij. part.

De mancipiis, & colonis patrimonialium, & ſaltuenſium, & emphyteuticorum fundorum. Rub. LXII.

LEX I.

1 Locato caſtro cum territorio, ⁊ terreno non cenſentur locata loca ſylueſtria, ad culturam penitus inhabilia.

2 Colonus, qui facit cultiuari arbores vel vineas per inexpertos, ſi predia ex hoc efficiantur deteriora, tenetur domino.

EMphyteuticarios. Si villa locata in emphyteuſim conceditur, non poteſt colonus vſurpare totum territorium eiuſdem, ⁊ vniuerſas aquas, ⁊ fontes, ſed fructum debet percipere de his, in quibus cultura requiritur, et vti aqua quatenus ad culturam neceſſaria eſt, reliquum vero cedit emphyteute. h. d.[a] Et †ſic videtur caſus hic, quod ſi dominus ville vel caſtri, locauit alicui vilam vel caſtrum cum territorio et terreno, non videtur locare pondera ⁊ alia loca ſylueſtria ad culturam penitus inhabilia, nec fontes nec riuos aquarum, niſi quatenus aqua eſt expediens ad culturam, ⁊ ideo de reſiduo aque poterit vti ⁊ collibus ⁊ poderijs, vt hic. Ultimo gl. hanc legem inducit contra doctorem ſeu magiſtrum, qui nimis facit ſcholarẽ pro ſe legere. ¶ Item contra ſcriptorem committentem alicui ſcribere pro pecunia. In text. ibi, culturis erudierunt. Not. text. contra † colonos, qui faciunt cultiuari arbores vel vineas, vel arari terras per ineruditos in cultura. Nam ſi predia ex hoc ſint effecta deteriora tenentur dominis,[b] quia imputatur eis cur ineruditos miſerint ad culturam.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Lndo. in l. litera, l. no. iiij. alleg. iſtum text. ¶ Item verſi. ⁊ ſic videtur, vide domi. Mart. de Laude in tracta. de principe, in titu. de caſtellanis. in xiij. cõcluſione, vbi dicit quod in conceſſione non venit vſus fluminis.

b ¶ Tenentur dominis. Adde Bald. in l. j. nu. iij. verſi. ⁊ not. quod lex. ȝ. de accuſa. Bar. in l. ſi merces. §. conductor. ff. loca. ⁊ l. ij. ff. de an. leg.

LEX II.

LIbertates. Manumiſſio facta de mancipio fundi patrimonialis a non domino, reſcinditur per procuratorem Ceſaris.

LEX III.

1 Emens a fiſco, vel in emphyteuſim accipiens, tenetur ſtare colono fiſcali.

2 Singularis ſucceſſor eccleſie, an teneatur ſtare colono eccleſie.

COgnouimus. Emptor fundi patrimonialis tenet̃ ſtare colono, quẽ ſi expulerit, poſſeſſiõe priuatur. h. d. ¶ †Et no. hic quod emens a fiſco, vel in emphyteuſim accipiens rem, tenetur ſtare colono fiſcali. Et eſt ratio, ne colonus fiſcalis habeat recurſum contra fiſcum. Cui concor. ȝ. eo. l. j. emphyteuta vero vel emptor fundi priuati non tenetur ſtare colono regulariter, vt ȝ. loca. l. emptorem. ¶ †Et not. iſtam legem ad queſtionem de eccleſia que conceſſit fundum in emphyteuſim, in quo fundo ſteterat ad laborandum quidam per maximum tempus, quia ſi emphyteuta expellit illum colonum cum bonus eſſet, ⁊ alium ſubrogauit in locũ eius, quod debet emphyteuſi priuari.

ADDITIO.

¶ Et ſic collige quod ſingularis ſucceſſor eccleſie tenetur ſtare colono. * ſicut in ſucceſſore. Facit l. fin. de ſacr. ſanc. eccle. ⁊ tenet Lud. in l. ſi filioſfami. §. ſi. ſol. mat. ⁊ ibi ſcripſi poſt Imo.

¶ Colono. Uide tu ad hoc do. Soci. in conſil. cxxij. incip. ex his que ſuperius. verſi. circa ſecundam queſtionem cum verſi. ſeq.

LEX IIII.

SUper. Coloni ad aliquam militiam conuolantes, reuocantur ad culturam antiquam. ¶ Itẽ milites veterani ad quietem donati, rei ruſtice operam non debent dare. Et hoc fallit in militibus limitaneis, quibus eſt arare permiſſum, vt l. agros. ȝ. de fund. limi.

De fugitiuis colonis patrimonialibus, emphyteuticis & ſaltuenſibus. Rubr. LXIII.

LEX I.

QUicunque. Coloni patrimoniales, vel ſaltuenſes non obſtantibus aliquibus ſtipendijs, que promeruerint, reuocantur ad priſtinam culturam agrorum. h. d.

LEX II.

QUiſquis. Suſcipiens vel occultans colonum patrimonialem, pena hic inſerta punitur.

LEX III.

QUiuſcunque. Omnes adſcriptitij ad agriculturam prediorum patrimonialium ſi conuolauerint ad aliquam militiam reuocantur. hoc dicit.

De prædiis tamiacis, & de his, qui ex colonis dominicis aliiſque liberæ conditionis procreantur. Rub. LXVIII.

LEX I.

SI liber. Natus ex vno parente tamiaco, ⁊ altero libero, tamiacus eſt, natus autẽ ex adſcriptitio vel ſeruo alieno, ⁊ ancilla dominica vel adſcriptitia, vel ſerua priuati, ⁊ ex colono vel ſeruo dominico, ſemper ſequitur conditionem parentis liberi. h. d. †Et ſic

1 eſt ſpeciale in natis ex tamiaco, qui ſemper ſequuntur conditionẽ parentis tamiaci, regulariter contra, q: partus ventris cõditionem ſequitur, vt l. ne diutius. ȝ. de agri. ⁊ cenſi. ⁊ ibi fuit dictum.

LEX II.

NEminimus. Hic Imperator dicit q̃ ipſe fecit quandam legẽ, quam nõ habemus, in qua ſtatuit ꝙ predia tamiaca venderentur emere volentibus ſub ſoluto canone, ⁊ q̃ emptores prediorũ per neminem poterunt inquietari. ⁊ lz illa lex illis emptoribus eſſet ſufficiens, attamen adhuc Imperator conſtituit ꝙ dicti emptores non poſſint grauari. †Et ſecũdum hoc no. illud vulgare. quod

1 abundans cautela non nocet, fm And. de Baru. de qua in l. teſtamentum. ȝ. de teſt.

De diuerſis prædijs vrbanis, & ruſticis, & templorum, & ciuitatum &c. Rubr. LXIX.

LEX I.

PRo edibus. Edificans in loco publico ſoluere debet debitam penſionem pro edificio, ſi expediat Reipublice; alias ipſum ſolum cum edificio vendicatur. h. d. tex. ⁊ gl.

LEX III.

REſtaurationi. Tertia pars canonis, q̃ redigitur ex fundis, ⁊ locis Reipublice ſufficit ad reſtaurationẽ murorũ. h. d.

1 Et no. †ꝙ reſtauratio murorum non põt fieri incon-

a ſulto Principe.[a] de quo in l. ſacra. §. muros. ff. de rerum diui. ⁊ hic in gloſſ.

ADDITIO.

a ¶ Inconſulto principe. Adde iſtum in l. ſacra loca. de re. diuiſ. ⁊ in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. ⁊ iur. ⁊ omnino per Alexan. poſt eum in l. opus. ff. de oper. publi.

LEX IIII.

EOs qui. Emptor Reipublice, vel templorũ ipſam perpetuo poſſidebit, nec ab eo põt euelli, licet alius offerat meliorem conditionem. h. d. Et ſecundum hoc not. quod habet locum ſubhaſtatio in rebus templorum, ⁊ Reipublice, ſed hoc eſt correctum in rebus templorum per authent. hoc ius porrectum. ȝ. de ſacroſan. eccleſi.

LEX

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN